



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas
Semper Adest**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 7. Sortes magni momenti, non sine necessitate adhibendæ. Et quando
ijs, in selectu personarum, vsus S. Augustinus, quando S. Ignatius Loyola?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52306)

§. VII.

Sortes magni momenti, non sine necessitate adhibenda. Et quando ijs, in selectu personarum, usus S. Augustinus, quando S. Ignatius Loyola?

Pro quarti huius documenti cautela, rectè monent nonnulli, sortes è fortuita libri apertione; aut alio quopiam simili signo, non petendas esse, nisi, graui necessitate, quis ad id compellatur, vt ad terminandam grauem litem, vel ad anceps consiliùm dijudicandum. In quam rem citant D. Augustinum, qui, *Si inter Dei ministros sit discipulatio, quis eorum, persecutionis tempore, maneat, ne fuga fiat omnium, & qui eorum fugiant, ne morte eorum deseratur Ecclesia: si cui abundaret aliquid, quod oporteret dari eis, qui non habent, nec duobus dari posset, neuter verò alium vel negligentia, vel urgente necessitate, superaret; tum sortitionem fieri posse censet.* Qua etiam S. Ignatium nostrum usum, tradit Iacobus Damianus noster, in Synopsi primi seculi Soc. IESV. Postquam enim Hieronymi Domenecci salutaria Panormi instituta Siciliae Prorex omnia sanxit edicto: *primitijs adeò felicibus ad vberiores, per Collegij molitionem, fructus, animum intendit.* Illi

S. Aug.
epist. 186.
ad Honorat. Et
lib. 1. de
doctrin.
Christi-
an. c. 28.

Jacob.
Damian.
lib. 1. c. 10.
Anno
1546.

condendo petijt operas ipse; misit autem Ignatius duodenas, Natalem Hispanum, Frusium Gallum, Canisium Belgam, Benedictum Palmium Italum, aliosq, si non gente, Prouincijs saltem inter se diuersos. Vna assimilauerat Obedientie perfectissimæ ratio. Nam Ignatius iusserat omnes Romanæ domus Socios (sex erant supra triginta) triduo secum expendere, utrò quisq, magis inclinaret: Permanere in Vrbe, an in Siciliam ire? Huic, aut illi ministerio addici. Tum inclinationem suam scripto expressam tradere. Præstituta die, rescripserunt omnes, Nullo se magis propendere. Globus in tabula positus, & omnem adæquè in partem pendens, certius in scopum mittitur. Sic è Socijs indiscretè ad omnia promittis, duodecim in Siciliam destinantur. Hæc ille. Sed hoc genus fortiendi pertinet ad sextum documentum.

§. VIII.

*Non sine debita reuerentia, aut precibus
adhibenda Sortes.*

Mart.
Delt. l. 4.
Disqui-
sit. Magi-
car. cap.
2. q. 7.
sect. 3.

Addit Beda secundam conditionem, vt videlicet eiusmodi sortes, debita cum reuerentia, & precibus ad Deum fuis, adhibeantur. Has duas condiciones statuit Deltius, non separatim sumptas, sed coniunctim intelligendas, adeò, vt simul & materiæ necessi-